



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. IV. An, & quâ ratione quilibet præsumatur bonus, vel idoneus ad beneficium, officium, vel actum aliquem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

carere, eum hujus effractione, quæ fuga iudicia criminis facit, saltem ad gravio- rem torculari, & propter violatam publicam custodiam, penam dignam faciat taliter fugientem.

Quod qui ex duobus sibi objectis unum tantum negat, præsumitur alterum tacite fateri *c. Nonne 5. h. t.* quia in tali casu, in quo potest contradicendo impedire actum, taciturnitas pro confessione habetur, ex præsumptione scilicet juris, quæ sæpius fallit, & vix locum habet, nisi circumstantiæ bene expendantur.

Quod V. carius præsumitur, ea scire, quæ in Vicinia facta sunt *c. Quosdam 7. h. t.* si tamen facta talia sint, quæ sunt, communiter nota in tali loco, aut teneatur de his ex officio inquirere in facta vicinæ; in aliis enim casibus regulariter ignorantia facti præsumitur, donec scientia probetur.

§. IV.

An, & quâ ratione quilibet præsumatur bonus, vel idoneus ad beneficium, officium, vel actum aliquem?

Generalis quidem regula est; quod quilibet præsumatur bonus, vel idoneus ad officium, beneficium, vel actum aliquem, nisi contrarium probetur *c. Dudum 16. h. t. c. Vnico de serui, in ordin. facien.* Si qualitates, de quibus præsumitur, sint intrinsecæ, seu naturales, non autem si sint merè extrinsecæ, & accidentales, quales sunt studuisse in Academia; esse Doctorem, vel Graduatam, quæ probari debent; & quamvis de intrinsecis etiam qualitatibus morum integritate legitimis natalibus &c. promo-

vens inquirere debeat, sic tamen præsumptio pro talibus qualitatibus, si post inquisitionem nullus defectus appareat, quæ habilitas facilius etiam præsumitur in jam promoti, quam in promovendo. Sunt tamen regulæ hujus generalis multæ limitationes, ita ut vera sit illa regula, si in nullius tertii præjudicium vergat illa præsumptio; vel si ipsi, pro quo præsumitur, ex tali præsumptione præjudicium aliquod oriatur, & nisi agatur de salute aut utilitate animæ, ubi melius est, præsumere delictum, quam non præsumere delictum, aut præcedentes conjecturæ de dolo præsumere velint, aut de justitiâ actûs facti, præcisè præsumptio fiat ex honestate, & prudentia personæ agentis.

§. V.

An, & quâ ratione probari possit matrimonium per præsumptiones, seu conjecturas?

Matrimonium quamvis per solum instrumentum super dote, aut donatione propter nuptias confectum probari non possit, nec per id solum, quod vir & mulier in instrumento se conjuges nominent, nec per solam diuturnam cohabitationem, vel congestationem annuli, nec per solam famam, seu communem opinionem vicinæ habentis illo, pro conjugibus, &c. simul tamen junctâ hæc omnia sufficienter animum Iudicis informare possunt, ad sententiam ferendam pro valore Matrimonii *c. Illud 11. h. t.* Cum hæc omnia fieri possint, non principaliter ad constituendum Matrimonium, sed ex alio fine. Satis tamen his omnibus præsumptionibus videtur

Uu; cavisse